

ÆTERNI
SOLIS VNIGENAE
SOBOLI, INFANTI
D E O.

PRO AVSPICATIS NATALITIIS
INTVGVARIO BETHLEMITICO, AGRESTI
IN STABVLO ANIMALIVM CAVLA.

EVANGELICA ORATIO.

PRÒ KALENDÀ IN PERVIGILIO
NATALIS DOMINI.

APVD GRAVISSIMVM APOSTOLICÆ
Metropolitana Almae Granatenfis Ecclesie
Capitulum. Anno ipsius Natalitij
1640.

CONCINNATA ET HABITA:

PER LICENCIATVM FRANCISCVM DAZA
Probyterum, & in eadem Cathedrali Ecclesia
AEdituentem.



GRANATAE.

APVD Franciscum Sanchez, & Balthasarem de
Bolibar, Anno Dñi. M.DC.XXXI.

THE VICTORY

OF THE PEOPLE

IN CHINA

21 JULY 1949

PEOPLES' LIBERTY

PEOPLES' DEMOCRACY

PEOPLES' SOVEREIGNTY

PEOPLES' LIBERTY

PEOPLES' LIBERTY

PEOPLES' DEMOCRACY

PEOPLES' LIBERTY

PEOPLES' DEMOCRACY

PEOPLES' SOVEREIGNTY

PEOPLES' LIBERTY

PEOPLES' DEMOCRACY

PEOPLES' LIBERTY

PEOPLES' DEMOCRACY

PEOPLES' SOVEREIGNTY

PEOPLES' LIBERTY

PEOPLES' DEMOCRACY

PEOPLES' LIBERTY

PEOPLES' DEMOCRACY

PEOPLES' SOVEREIGNTY

APROVACION.

ESTA Oracion Euangelica del
Licenciado Francisco Daza, re-
citada en la Kalenda de la Na-
ciudad de nuestro Saluador , y en pre-
fencia del Ilustrissimo Cabildo de esta
Santa Iglesia Metropolitana de Gra-
nada, merecio las admiraciones y aplau-
dos con que la oyeron los señores Pre-
bendados , que no suelen admirar si no
cosas grandes , y para que concilie los
de todos que la leyeren , pide justamen-
te darse a la estampa , por ser docta,
graua, erudita , y vn sacro Panegiri-
co , compuesto de letras Diuinias y Hu-
manas , que lleno el deseo , y adelanto
la expectacion que se tenia del Orador;
redunda en gran ornameto de esta Ca-
tedral Iglesia , que no solo los que ocu-
pan sus venerables fillas sean Oraculos
de todas buenas letras, si no tambien sus
Capellanes saquen aluz obras tan ilu-
tres.

tres. Este es mi parecer, dado a peti-
cion y mandato del señor Doctor Vela
de Sayoane, Maestreeescuela desta San-
ta Iglesia, y Provisor de su Arçobispado.
En este Colegio de la Compañía de
JESÚS, Sede de San Pablo de Granada,
cinco de Enero de mil y seyscientos y
quarenta y vnaños.

Yo lo he hecho con honor a **Andres Lucas**
y en su nombre a **de Arcenes**.

Yo lo he hecho con honor a **Andres Lucas**
y en su nombre a **de Arcenes**.

Yo lo he hecho con honor a **Andres Lucas**
y en su nombre a **de Arcenes**.

Yo lo he hecho con honor a **Andres Lucas**
y en su nombre a **de Arcenes**.

Yo lo he hecho con honor a **Andres Lucas**
y en su nombre a **de Arcenes**.

LICEN-

OTROCA LICENCIA AT 2 V. 111

EN la Ciudad de Granada , a cinco dias
del mes de Enero de mil y seycentos y
quarenta y vn años , el señor Doctor don
Lucas Vela de Sayoane , Maestrescuela de la
Santa Iglesia de esta Ciudad , Provisor y Vica-
rio-general en ella , y su Arçobispado , sede vacan-
te . Auiendo visto la aprovacion desta otra par-
te del Padre Andres Lucas , de la Compañia de
IESVS desta Ciudad , de la Oraciõ Euágelica ,
en virtud de la remision de su merced . Dixo , que
daua , y dio licencia en forma para que se pueda
imprimir , e imprima : y assi lo proueyò , mandò , y
firmò .

*El Doctor Vela
de Sayoane.*

Ante mi:

Juan Bernardo , Notario.

ILLVS.

ILL^VSTR^{IS}IMO APOSTO-
licæ, ac Metropolitanæ almæ Granaten-
sis Ecclesiæ Senatui, admodum venerā-
do, ac perillustri Capitulo ad fauoris
domicilium, ad amoris gremium Euan-
gelica in pro auspicatis Natalitijs decla-
mationem, æternum obsequij monumē-
tum, clientelæ Symbolum Licenciatus

Franciscus Daza protegendam di-
cat, fouendam offert, tue-
dam sacrat.



R A E P E T I
pennigeræ bene-
ficiariæ plausu
(grauissimū Ca-
pitulum) Natali-
tias tibi hostias, ò si lautè, lito.
En ominata Augustissimi Ema-
nuelis nostri natalia amoris æstu
depro-

de promunt busta, profluat annuum
scaturigines: sume. Ver-
nantes ex Hesperidum horto
decerpsi flores : carpe. Profe-
ro, offero. Ignarum colubrum
AEacidus tui fauoris iugulabit
vigor.


Tuus vtinam verus alumnus.

Licent. Franciscus Daza?

SIC

12000 sq ft

10000 sq ft



SIC DICETIS VIRIS, QVI SVNT
 in Iabes Galaad: eras eris vobis salus, cum intaluerit Sol. Venerunt ergo nuntij, & annuntiauerunt, qui & laetati sunt. E Sacra Regum Historia, lib. 1.
 cap. 11. dum. 9.



N T E R A L G E N T E S
 è concreto tore priuinas medio noctis silentio Augustissimus noiter Emanuel primam libauit lucem, primam respirauit auram. Tunc terra ipsa ne viridi destituta culmo, & honore frondis britualem dedecus propallaret, queis montes vestiat, ab aula coelesti aula poscit, queis strata tegat, stragula emendicat, effusisque nubium hyemalibus diuitijs ornatur humus, non holofericis Arabum opibus, aut bombicinis repetijs, aut ex aureo filo intertexto peristromate; sed albicanti perpluta niue, vestita glacie inter nocturnos Lunæ radios carentes & ipsa paret splendores.

Aduentantem Principem, aduenientem Regem Romana urbs mille laetitiae signis, faustisque acclamationibus capiebat: ei us aduentum precedebant vota.

Dum cunctis ciuibus vox erat una, veni.

Pluspere redde diem, cur gaudia nostra moraris.

Extrahat miræ magnitudinis porticus politiori architecte-

tas celatura, stetebat arcas, lucernæ crebre densabant te-
cta, ut exceptus est Nero (sic apud Xiphilinum Ammianus,
lib. 12.) Uniuersa civitate coronata, & stupende odoribus. Paraban-
tur ludi, edebantur spectacula, palestram subibant agonistæ,
naumachias obibant strategi: litabatur Principibus, & gla-
diatorio pulueri miscebatur sanguis in noua vulnera recru-
descetium: harpagantibus belluarum vngubus miseri obli-
ciebantur damnati immanni laniena discerpendi, decanta-
bantur panegyri, & Augustorum laudibus scatebant pa-
ginae.

Nunc hilares si quando mihi nunc ludite Muse,

Victor ab Otris:io redditur Orbe Deus.

Ecce vniuersorum Princeps, & Rex Orbis, & vibem nos-
tram ingreditur: eius aduentum expectantibus, vox erat
vix, veni. Dùm vota emissa sonant tardiù diffinta, dùm ter-
ræ clamores, que viuido destituta rore rimis hiabat, diui-
noque inhibat imbri, dùm Regibus dùm vatibus, *vix*
veni. Rorare cœli desuper, & nubes pluiant iustum.

Sediam jam Regem nostrum adeatus visuri, & gratula-
turi. Sed cui Regi? Hicne Rex? Vbi sceptra, aut eborate
curules? Vbi præcioso thorali subliratum lectum, aut sericu-
pauimentum sustinentes columnæ? Nullum hic opoballia-
num, aut cinnamomum, aut si quæ alia felix, & ferax Arabia
partuit suffimenta, sed quos sterquilinū halat suffitus. Hic
ne Imperator? Vbi Dynastarum, aulicorumve genialis tur-
ba? Virum & puellam intueor spirantes inopiam, pauperic
redolentes. Pro equis præciosis stragulis, auratisve phale-
gis superbientibus, incultum, & incomptum animal te se
officit. Pro militari paludamento, aut fago limbis marginato
puniceis, rudi obuoluitur panno. Neque ex humeris pen-
dulus baltheus, sed laneum strophium corpus stringit, & pro
regali tentorio in gregali tectorio delitescit, promollispon-
da, pro delicato puluino exsuccidum fanum caput excipit,
Regiam

Regiam casam, vides omni Regio famulatio cassam. Coluna ingenti asportata sumptu, artificio elaborata non apparent, pendentia lacunaria, edolata trabes, ophyro laevigatae euro ausquam sunt. Si queras Proceres, feralem inuenies comitatum, & inter fastidum brutorum halitum miraberis Regem stabulantem.

Sed o Regis nostri miranda potentia! nam humilem haram in sublimem aram, plebeium solum in regale solium, angustas sedes in augustas aedes inaudita transmutat metamorphosi. Merito Nazianzeni verba iam proponam, orat. 19. sic ille: *Quid non Regium in illo puero, cuius imperium super humerum eius, cui præsepe thronus, palea sceptrum, purpura panne, spelunca palatum, Bethlehem Metropolis.* Accinit Cyprianus de natali Domini: *Tale elegit fabricator mundi hospitium, huiusmodi habet delitas Sacre Virginis puerperium, panniculi pro purpura, pro byso in ornato Regio lacinie congeruntur.* Et Bernardus, sermone in vigilia Natiuitatis: *In his enim pannis complacet sibi, his servis delectatur involvi.* Vbi cælestis puer pannulos illos induit, statim in purpuram regalem, & præciosam vestem commutauit eosdem.

Omnia illa quamvis vilia, &c inculta, præiosa, & pulchra reddidit Infans bellissimus. Illud antrum sine aulæis, sine peristromate, peripetasimatis aureis fini, quâ viridi, quâ rosco, intertextis eleganter vellitum palatum colluccere, textili phrigianaque pietura vernare solum videbatur.

Hic aurum aspectu pulchrum, splendore rutilum, extimatione præciosum, gemmas clarissimas, solis fetus, æmulas syderum obiecta contemneret oculus, oblata negliceret: quasi omnia vilescerent mundi decora, & ornamenta, vbi solus pauper hic puer splendesceret, omnia fordeicerent ad pulcherrimi Infantis conspectum.

Nam in ipsa paupertate (inquit Theodoretus) diuitiae eius diffunduntur. Sic enim vniuersas creaturarum, & creaturæ diuitias prestantius oculis repræsentat, & clarius obiicit

Intuendas. Minus quidem viderentur eius divitiae, si diues nasceretur. *Nesci voluit humilis ex celo* (sic pernix Ecclesiæ ales perspicacem mentis aciem intendens in iustitia ex orientem solem contemplata fuit. *Ib. 2. de symb. cap. 5.*) ut in ipsa humilitate ostenderet maiestatem. Ita plane in suæ gloriæ argumentum, & fundamentum assumpsit rude illud ac vile præsepij solium: *Quod ista Nativitas potentiam diuinitatis honorauerit*: recinuit Ecclesiæ iubar Augustinus, serm. 3.

Nescio quid plus honoris, & decoris in illa inest præsepij humilitate? Bone Deus! Dei filius ab intacta natu est fœmina, ut *Deum pariter, & hominem testaretur partus humanus, & Deum probaret eterna Virginitas, &c.* declamat S. Maximus, Homil. 3, in natali Domini: partus innuebat hominem, Matris Virginitas testabatur Deum, detegebatur potentiam, probabat diuinitatem. Ideò maximum hoc Ecclesiæ lumen in eodem puerinatalio. Homil. 2, sic dulciter illapsum extollebat *supremæ Cœlitum Monarchidis incorruptionem*, & ex eius *integritate ille fam profitebatur eternam Maiestatem*: *Sed humiliatem nascendi Virginis Matris sublimat integritas, & quando natus Christus fœmineo ve insans lacte pascatur, tamen ut rerum potens Virgine in nutritur uberibus.*

Haud mirer acutum Doctoris theorema, mirarer potius loquentem Christum Augustini ore eandem mihi thesim dicitantem: *Sicut in evansu meo Marie non est maculata Virginitas, sic mea ibi non est maculata Maiestas.* Suspiciens supremam Cœlitum Monarchidem, illum non illuminatis margaritis, nitidisque exornantem coronis, non vittatas, atque illustres præioso lapillorum ambitu tyaras imponentem: *ad omnium salutem* (vto verbis Ambrosij) *eum concepit, & perperit, coronam capiti eius eternæ pietatis imposuit.*

Frequentes itidem ad cunas letabundi currant Ecclesiæ Proceres, & Mariæ puerperio expungant corruptelam: *Talis decet partus Deum*, ambrosia & nectare dlibatus Mediolanensis Antilles, in Hymno Nativitatis. *Feliciter parturit* (iactat)

(lactat Chrysologus, serm. 175.) quæ Virginitatis coronam magis, magisque pariendo conquisiuit, & gloriam. Et serm. 117. Que magis pariendo integrisatis augmenta suscipit, dama pudoris ignorar. 142. affatur Virginem: *In tuo conceptu, in tuo partu crevit pudor, aucta est castitas, integritas roborata est, & solidata Virginitas.* Concinit Ildephonsus Dominatricis huius alumnus serm. 3. de Assumptione: *Deo rurum pudor crevit, aucta est castitas. Quoniam vatus est carnaliter Deus* (subaudiit Græcum Theodoreum in Actis Ephesini Concilij) *Verbum custodit Virginitatem, se ipsum rationem ostendens. Aduolat accensus Virginis amore Seraphim rubens Bonaventura in speculo*, cap. 5. *Ex quo Maria de Spiritu sancto Diuina est prole secundata, nequaquam Virginitas eiusdem est prole vitiata, sed mirabiliter est in tanta prole glorificata!*

Ad caput secundum Ioannis rem totam (subtiliter itidē) exhaustus Magnus Albertus, quando Deipara mulier à Filio nuncupata, suppresso genitricis munere, adiuit nuptijs in Canā. Sed cur mulier, & non Mater, fœmina, & non Virgo? *Noluit detegere Virginitatem Matris, ne per hoc gloriofus appareret.* Quid acutius? Pulchrius quid? Apicem tantę Virginei mūneris incorruptę puerperę auspicatur Albertus. Nonne rotupatae Procerum cohortes Diuini Pneumatis irratae iubare testantur, cuncti innumeri veluti amicularum cętus in Diteo antro insurrantes volitent, quò superbe. entem compressuri Erebum, denigrantem stirpem elussuri procacium Hereticorum caput conterant, confringant cervicem, encruent vires, audaciam protellent, prædentur spolia; & tanquā ex sulphureo tormento explosis glandibus aternali militę succenturiatos hostes elumbent, fugent, intemant.

Quotam indagemus validiorem tenti parvam trophę onustiorem? Ad maris rutilam scintillantemque stellam in hoc procelloso orationis ēquore, fluctibus conturbato, brumis obrigente, fluctibus ventorum flatibus crispato nubes, agantum sydus Mariam, impotem me vertam, quæ à peccatis Solis. Lainęque piropis verticem usque stellis collutum.

centem; tota intentis ecclorū facibus irradiatur; cunctis
cius apex fulgurantibus cingitur syderibus, solis amictus lu-
centibus inter texitur fulgoribus; gemmataque phebe cal-
ceamenta perfunduntur. Qualemque istam opellam Sā
etissimę Deiparę, inaugurate Reginę, à communī primūque
luis contagio intaminatę Virgini protegendam dico, souen-
dam offero, tuendam sacro. Sospitalem mihi appreco rū-
telam, felicem ominor euentum. Si non vocantibus ad sis,
quid clamantibus? *Ane gratia plena.*

S I C D I C E T I S V I R I S , Q U I S V N T
*in Iabes Galaad: eras erit vobis salus, cum incalce-
rit Sol. Venerunt ergo nuntij, & annuntiauerunt, qui
& latati sunt. E Sacra Regum Historia, lib. 1.
cap. 11. num. 9.*



O E L E S T I V M G L O B O R V M
gaudium festius ostentat æther. (grauissi-
mum ac perillustre, admodum venerandū,
ac religiosissimum Capitulum, totius tru-
cturæ huius Apostolicæ, ac Metropolitanæ
almç Granatenis Ecclesiæ firma basis, in-
conciussum fulcrum, vniuersi populi clara pharos, Astrœum
sydus: dum in æternæ Dei lobolis pro auspiciatis Natalitijs
in tugurio Bethlemitico tantisper immotori declamatione,
magnumquæ hoc pelagus non instructanui, sed rudi lembo
transcurro, vestræ benignitatis lemi flatu fructem excipiatis,
ne in tam uberi, ac latè patenti campo sterilescat oratio nos-
tra, rarescat vis eloquij) Coelestium globorum gaudium fel-
tius ostentat æther. Conspirantes ventorum cætus gloria
resonant, erceti in sublime vortices Atlantis suffulti hu-
menis

meritis difulant victoria, resultant hiantia telluris ora, pro
mibus nauicantes anfracti æquoris prestringentes errori-
bus siuili præfigunt pacem, IO acclamant, fœlicitatem in-
tonant, ac lætitiam. Cuius ne peruncti Olympionica: solem,
ne hoc tripudium? Ni vt solent forsan ingestientibus cele-
brare Imperatorum pompis tot immanissimæ terrarum Hi-
dræ dignitates, tot inter nitentes sub pedibus reportantimæ
insulas, laureolas lemniscatas concultantium, qui in fustum
simulantes Icarum cereis quasi sublati pennis tolluntur in
altum (Claud. i. in Ruff.) *Vt lapsu grauiore rnant.*

Faceſſat hinc, faceſſat tam impudens illapsa menti cogi-
tatio, procul esto. Fictitium Phætontis commentum abeat
in ruborem, in fauillas imo, dum fauilloſus aurigandi
inſcius. Ouid. 2. metha.

Volutur in preceps, longoque per aera tractu

Fertur:

Qui æſtuantes ſcintillarum flamas dimittente curru ter-
rarum ambitum combuſit. Mortali Phætoni diuinitatis
imponentem radios attendite fulgorem; in Bethlehem nā-
que ſubvibibjs (Chrisophor.) Non illius fabri filius, ſed fabricato-
ris omnium, qui fabricatus eſt Auroram, & Solem, ſupernus
criftalline arcis Phæton (Ouidius, loco citato.) Cha a Dei
ſoboles: cui genitor circum eſpue omne micantes deponit radios: illę-
ſe ex pellucida Virginis criftallo vibrantibus iuxæ Diuinita-
tis fulgoribus natus homo eſt. Qui non vt infelix Oſſiniſ lo-
boles, quam ementita Eithnicorum compoſuit vetuſtas pa-
ternum ſubiugandi currum conflagrantem cupidac, que
dum ſui tramitem itineris altius properauit (Ouid.) *Voi con-*
cauas Arcus Scorpius, & Cauda, flexisque viri que lacerti porrigit
in ſpatium ſignorum mēbra denigrata facie, obvoluta caligine,
flamma populante capillis: præcipitem ſe egit ē fastigio; led in
Ulis recubans incunabulis, triumphantibus veluti: Ibat in u-
*eruus aureus, pſe rotis; quibus ſuperbientem compluribus Erc-
bum, denigrantem, tispem erat illufurus.*

Flam-

Flammatiis supremi Phaeontis currus descendit in orchestra. Si infortunatus ille iuuenis ab emerito veteritate Ioue percussus fulmine feltinavit in terras, superni vero cristallinae arcis moderatoris. Salutare sicut lampas accenderat. Isai. 10. ex Hebreo: Donec egrediatur sicut fu'men iustus meus. Sed ne miremini: Crematur igne ioris, flamas sensit amoris amor. Alieiat. Ipsum utique audite: Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur. Quod fulpicor indicasse Psalmograpnum Regium, immo & cecinisse, dum Christi aduentum initiar mihi fulgurum cefinxerat, vel ipso Regiae manus adumbrante penicillo, longè quam Apellaeus gloriosiori: *Ignis ante ipsum praecedet, & inflammavit in circuitu inimicos eius. Illuxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit, & commota est terra.* Dauidis & Isaiae vaticinia superni cristallinae arcis Phaeontis, ignis, solisque nostri incalentis conflagrationem praedicunt at futuram.

Sed age Infantino nostro ex Imaraglino Diuinitatis Solio, solarem agitanti currum, paterno comanti iubare, superno Phaeonti, vincenti in cauis, in paleis palmam reportari Deo, ouanti in praesepiis puero decantemus trophya, triumphum celebremus. In triumphali curru columnarum fulera elucebant argento, stellarum erigebatur fornix varijs distinctus emblematis, lapillis exornatus: *Tamquam esset superimpositio moles gemmata colossi.* Quem quadrupedes regebant quatuor, eoque alterno curru explicati moderabatur leua, in dextra vero victoria signum palmarum reportabat: quadrigam superata sue dextræ trophya, succedit captiuas cohortes: ob subingatas in potentiam ciuitates, tempora muralia circulus murrita corona: quibus condecoratus triumphis, laureatis militibus circumfessus magno omnium plauili urbem ingrediebatur triumphabundus. Gigis annulum, copiam cornu ambo siam funditatem, scutarentem nectare subministrat Amalthea. Intuiminor iterum Infantem nostrum triumphibus iam decoratum ornamentis, aureum sibi construetem cerculum, quo vettatus latè patenuis humani generis hostis

hostis capite extiterat; infringat coruleum, energet vires, audaciam proceller; predictur ipolia: columnas scilicet argenteas, quae charitate fundata, puritatem preferentes, candore nivis anteponcent; argentum denigrarent; cum hinc Purissima eius Georgius, illuc et alius unus sponsus Ioseph puerum admiratos, reverentes Domum, prelepium comitantur, & inhumera ecclastium pulchrius tuba volvunt ad cunas. Illud reclinatorum aurum selegit sibi, & diuino sui corporis tactu vi-
tissimum illud aenum, rigentes paleas in praeiosum aurum commutauit. Rutilancia duodecim sydera, quae ex virginico capite eminebant, huius ferculi concavum efformabant.

Protehebant tandem gestientem rugum cursum non resuiephantorum terga, absoluturus veniebat: Et posuit dominum Indos quasi equum gloria sua in bello. Zach. 10. Nec volvres Parois, Aeaus, &c. Aetho solis equi quartusque Phlegon, sed illi, quos permixtuperni Louis ales perspicacem mentis aciem inten-
dens in iustitiae solem contemplata fuit. Primus electi candi-
rius quis, equus super inscedebarat a thoro miles in arcu: expre-
sum purissimi amoris obumbraculum, qui, vestimenta effun-
dit vetustas, et pharetrus succinctus, &c. arcu: in manibus ferre
et crotalos, qui dumora moliebat pectora, seram qui vincere
timet potu. Hic precedebat eseda, ut strenuus nostri Princi-
pis antesignanus, quo flammatus, incitatusque bellus puer
bellum confimpit, palmam obtinuit.

Domitus Chymera aut strenuus Belerophō equum per-
niciibus praeditum alis inservit, cuius quadrupeda pauita Par-
tisia tellus fontem emisit. Haud aliter Auernum depreda-
trus Deus humanæ carnis infilis equum: Et ecce equus albus;
qui si debet super eum, vestitus est at veste aspersa sanguine, et vo-
latur nomen eius Verbum Dei. Purpurisq; vestes aspersæ san-
ctino variaontur, dum octaua reditibus est die: Huic albi
qui vix vngula tetigit Bethleimi tugurium, crumpunt quâ-
utes, scaturunt liquores, non queis Pieris ora rigantur
quis, sed ex utroque oculorum pueri crumpunt bina sumi-

nā ex utroque prefepis Bethlēmitico marginē erumpentia , quo-
rum secundum omnes rigantur ifēa , mutantant cūnē.

Secundus huius quadrigae equus rufso variegatus colore :
quem ardenter siimus diuini Belli zelus gladium vibrās de-
segitans sceleriter consecrandit non veri pacem mittere , sed gla-
dium . Mars quo affectatum superbienti Erbo mortalium
fadius disruptus pererat spectum quo tessera bellum judica-
ret , utq[ue] atque illi omnib[us] . ita regnū mortaliū

Nigro posita sequobatur equo nascētis humilitas , & pau-
peritas , quibus lemniscatus noster Imperator superbientes
depositis de sede luxuriantes diuites dimisit inanes .

Proximus tandem quadrigae equus pallidus eius mortali
delitentem velamine referrebat stirpem , que cum se mortis
submitteret corpore statim Absorbi ait mars in uictoria sua . Apoc.
Prophet. Rethra seruatis in nocte erga catenis ad iuga depresso , ma-
nibusque in tergo ligans . Claud. Infernus sequebatur eum . Apocal.
Houidus fugis gubernator præ imperio opertus fuligine ,
suis consiparis catenus , quatuor debachante Megera , Ihe-
susphoe forent . Alesto qualiente culubros .

Nec nostro in Rhēbo curru exorienti Phaetonti definit
fulgens Diadema , quod in interna solis fronte duodecim ig-
nitis fulgentebat lapillis . Agreditusq[ue] videat Salomonem in
Diademe , quo coronauit eum Mater sua in die desponsationis eius .
Cant. 3. Triumphantī puerō , crinēque sacrum sibi more priorū
necfer murālis doloris cūrāta laurus . Nobis enim humanum cor-
pus assumens expugnavit veluti urbem illam astra super sy-
dere osque substructam globos , cuius maiestatē operis ma-
gistra rerum sapientia architectata fuit . Præstantes vñiones
cui duodecim iaciuntur Apocalypticos ciuitatis fundamen-
ta : ampli lapide preçioso ornata : ad quorum perfectum nume-
rum rotidem adamantes in delincaata Phœbi nostro Infantū
promicant corona .

Primum huius Diadematis gēmæ Iaspis elucet , & Zaphy-
rus . Earum natumnum ditorē circuſpicio , quatuor illam sic
que illius

genuis proprietas, quod tunc omni ratione adspicere possit, sunt
quincis veluti corporis suus, quatuor sunt & si capio preluminis
colori humani amicis. Plurimi pueri prototypon. Civilia
hunc aureo vibrans pulviseculo, distincta stellulis caelum refec-
tus. ~~concomitans~~ ex auctoritate ostendit, ex quo secundus ho-
mo de equo celesti, ac auspicio nostri Infantis ortu rubra
magis semper et lassus, incedore Zephyrus. Syderens pro-
de patens humana inaditus velamine.

Huius Diadematis prælucet vobis decens amoris car-
bunculus, qui instar primæ statim aspuit fulgorantes, quas
extrinsepstapheti presepsit Curret amoris velut fulmina unde-
quaq[ue] vocacie. Parparatus infedebat triumphator. Et laeta
pictæ vestis considerat autem. Iannen. Davidem auscultamini: in
vestem deuotam, hinc rudiibus involutus pannis noster impe-
rator duxit postpam, tanto enim exardebat amore, ut
mortali lago aupacu diuinitatis vclauerit vestimentu. Qua-
re ergo vestimentum tuum rubrum? Tot ne contractis hof-
fium eruicibus? Subactis gentibus? Huius triumphi altari-
tatem, & gaudium praefagie Smaragdus, culus in viridi colo-
de pascitur viussus, acerces fiducia hilaritas cumulatur,
illum quod ago quidem sycream nobis obtinuit sedem, hanc
delincantem solicitatem, & quadrigam. Abatu perpendiculari-
tate, cap. 3. Qui ascendis super equos tuos, & quadriga tua foliato.

Parvissimum Infantis corpus inter tot tempestatis tremu-
nas. Decembris frigore, humili recubantis eugurto, novissi-
mum, & despectum virorum, Sardius, & Sardonix obiicit octo-
lis. Illum videoas non alter, quam si humana caro nativo ma-
nente colore in geminam translucidam obiisset: recens
intans, & si corporis involucro solidum diuinitatis retinet
splendorem. Sardonicas intumimor inter nigrum, & ruben-
tem colorem carenti linea distinguere, inter summum tellu-
ris contemptum pueri inter viros delipientiam: etiam ut
Phaeton rubcus exurgit, ut Vix vitalem fuisse turram, cum
sanguinem profudisset. Etiudem vix concepit in ventis, tan-

to amore ardore videoas. insolentem, ut & foras enim pen-
tem, & tenella micris membra purpurantem. in quo enim

Crysolitus aurum sonat, dilucidus cius nitor fulvo affi-
milatur auro, merentem exhilarat animum, que lapillum
purpusatus Micropteryx tribuit aquila. Ex Berillo Augu-
stii illius Macedonie Principis crat. constructum sceptru, cius
viridis splendor in pacifico Mineru: arboris yergi colorem.
Iam prospectatis nostri Principis sceptru, aurata Iouis aqui-
la, felicitatis augere exornatum, tanto nobis promanaunte
gaudio, redundante letitia, tanto in Deum Coriphao iam
pacem degustatus, Coelestium harmoniam accipite. Et in ter-
ra pax hominibus. Ad populatus Isaia: Et vocabitur nomen eius
Admirabilis, Consiliosus, & Princeps pacis.

Nec inepte quidem Principis nostri Diadema sibi arro-
gat. Lopazium Phaebos emulatorem radios, que nou, ut re-
liqua gemme, appetit prepoliri. Diuinus enim hodie orbi
natus, non sapientes, sed simplices, qui sicut audita nesciret. Domi-
nus precones elegit. Sed ut Chrylopralus: cum nox in sua cursu
meum tenevet uer, in auroco Bethlemitici tuguri jugulo ece-
lorum Deus enitur gloria seculorum apparuit.

Puerum filium, cuius igne exardebat Apollo, ab eman-
tibus coelorum numinibus miseratione commotis conueritum
in Hyacinthum effinxit vetustas. Apud industrios rerum coc-
tearium Orbium est similitur symbolum Amethystus. Nec abs-
que re quidem exprimit superbi Apollinis in nos amorem,
qui sic dulcxit mundum, ut Filium suum unigenitum daret.
Hic in Hyacinthinum mortalitatis florem conuulsus, purpu-
ra decoratus toga, transfluenos in Regum dilectionis sue. Argu-
cum claudat amoris syngraphem epigramma in illud Gen-
sis: Dime me, quis iam ascendit Aurora.

Dum nox atra Polo maret, iuvene viribus equis

Bella eruent a cincte, hiunc amor inde Deum.

Hinc perit ille Deum, Drusus inde respliget amori,

Fratia fortuna misces pterque pari.

Pofcit

Deinde annis promissa homini Deus impleat, inde
 Opponit leges, iuraque fracta Deus,
 Interced accedens Aurora diremit verumque,
 Splenduit ergo roseis Virgo pudica genis.
 Ingerminat tunc lacus amor Victoria, Victor:
 In terramque ruit vietus amore Deus.

Eleganter, flagrantiorique stellantis Iouis è cælorum
 sedibus ignito pectoris amore, ut tot perpetretur labores,
 properantis delcendere, aduentum innuunt verba ex pra-
 dicta Regum Historia, lib. x. vnde cuncto capit. de prompta: *Sic
 dicetis viris: cras erit vobis salus, cù incaluerit S. Et Audiatur Cardi-
 nalis Hugo in dictum primi Regum vnde canticum caput, qui
 de Christo nascituro hæc verba accipit: & intuper addit: *Ef-
 se accommodatum thema in vigilia natalis Domini. Magnus item
 Gregorius: Qui est dies crastinus nisi Diuinae visitationis aduentus?*
 Trifulgidus hic Sol, trisulcum fulmen ignis tristrammeus,
 lampas trilucens ad crastinum incalere, pastoribus Bethle-
 emita rura incolentibus, super greges suos vigilantibus
 annuntiatur. Supernum Apellem perpenditore, qui tenuis-
 simo sue mentis atramento, sed extuantis Pneumatis peni-
 trio gaudi formam illinit absolute: *Ecce Euangelizatio vobis gau-
 dii meum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie sal-
 uator mundi.* Ab Spiritibus cœli ad noua præter rerum ordinem
 spectanda miracula euocantur ad stabundum.*

Tergo tribus pastoribus annuntiatur tuba afflaturum, &
 Claritas Dei circumfulget illos; sicut & tribus Arabum, &
 Orientis Regibus itideum præluxit stella aeterni solis unigenitæ
 sobolem ignito pectoris amore prædictæ ex ardente: *Nu-
 mero Deus impare gaudet, qui ppæ numen tripolopon, triformis
 relatio, diuinitatis triangulus, natura trigemina, malicitas
 trifolia, longinquus, & antiquus dierum A Eterni Patris Fi-
 lius, secunda Triados Persona, Diuini Spiritus operante vir-
 tute, vestitus duplicibus apparuit, dupliem naturam dupli-
 cidecoratam voluntate unica terminans subtiltatem.*

Et ne pro nostro captu , & ad nostrum libitum cornicium
remini opilionum numerum , qui Salvatoris ortum primi
anté alios intimantibus Angelis cognouerunt , docebit no-
bilis noster Hispanus , antiquissimus eruditio[n]is Ecclesiast-
icę thelaurus Flavius Dexter ad annum Christi primum
per h[oc] verbū : *Tribus pastoribus, qui fuerunt sancti, prius ostendi-
erunt.* Et præter Bedam de locis sanctis , cap . 8 . C[on]seruacōm Baro-
num anno 1 . Luitprandum in Cronicō , noctum Sutarium ,
tom . 2 . in 3 part . quæst 36 . art . 2 . ad 3 . Ba . adam , tom . 1 . lib . 8 .
cap . 19 . Haimonem , Luc . 2 . & alios , nobilis Thomas Tamaio
exactissimus rerum Hispanarum indagator , & propugnator
lib[er]ationis Flauij Dextri anno 1073 & eruditus Iulianus Pe-
trus Archipresbyter laude lute , in suis Adversarijs , num .
297 h[oc] docent , h[ic] tradunt , h[oc] scribunt de eorum numero ,
de nominibus , die mortis - patria , & tumulatu[n]t : *Nunc maxime
florent B[ea]tissimi proprii Salmaticam (id est Ledesma , sic etiam appellat
Ioannes Vassens in Cronicō) tres sancti pastores translati ex
turre Ader Hierosolymas , & inde Bleustam in Hispanijs . Obierunt
codem die , scilicet vigesima quinta Decembri , anno post Christum
natum qua tragefimo , iam etat graues , miraculis illustres , unde
niatate sancti sumi peracta . Nomina horum , ut in quib[us] sicut lib[er]-
legi . Jacobus , Isacius , & Iosephus inter se cognati , & ceteri
gines , ex urbe Nazareth h[ab]ebit loco nati , erant opiliones .*

O gloriosum Hispanie Regnum , hisce corporibus unitum , tali pignore decoratū ! Quibus addit , quod citatus
ter de tribus Iohannis in Hispanijs apparentibus , & in vnum
coeuntibus in ipso tritulgiū , incalcatique nostri solis mata-
nt o exarant ; *Tres Soles apparuerunt in Hispanijs in unum collec-
ti . In qua verba gloriolē de nostra Hispania sapientissimus
commentator Vianarius scribit , & exclamat : *Certe inter cae-
ra mundi climata , præcipue in Hispanijs , natalis Domini apparere cla-
ra prognostica congruum fuit , quandoquidem ibi fides nati Dei elucere
postmodum debebat . Hec ille : oppidó quantum præconium !
Maioris leuitæ particops fuit Hispanie coolum , quandoqui-
dem**

et charissimis finalibus insolito splendore collucere visum est, cum Sol ipse unica huius mundifax in triplici infamia triplice abiret solem, ut adiuncto fulgore, letitiae cumulum adaugeret: immo arcum mirae magnitudinis extrusit, diversimodè picturatum; qui nunc viridimac rubeo, crocoque splendore alpientium oculos in cunda admiracione deludebat: ignis Phæbæ lampadis æmulator lucernâ effert, quæ veluti sulphureum crepitaculum per medium diffundat aera, Imperatoreque suum ut insignis Augustalis fastigij precedat, Principe acclamante Vate: *Ignis ante ipsum precedet.*

In triumphantis sceptri apice consulto Romanorum consuetudo auspicatam Iouis alitem praefigebat, cui aduersus Titanas protecturo, prospero pennatum auspicio portendit victoriam: illam in augurijs prouidi arrectis antibus, infixis prospectabant ocellis. Si plumes celeriter cœcuntentem, sautissimum citra puluerem reputabant augurium; si vero sedentem prospexit, præclaris indicium aestimabant facieps, in quo plurimum exantlatum labouis, obcundum ac nobis Augusto in lucem prodeunte Princeps, anna ostendit vultum, fortunata omnia, leges agytantur secula. Nonne tot stipate Angelos penderantis Apollinis in oratione subare telum innumeri veluti awiculatum catus in Dilectorum gregantes, volitabant, ore cousono intonantes: *Gloria celis Deo, et in terra pax hominibus.* Ac si tunc et (inquit D. Gregor.) quos à vobis malitia disiinxera, iam nunc in terra beatitas nata coniungat. Vidithis iam aduolantē Aquilam, quiete contemplaminor, dum in praesepio positus tot perpeccus labores, in illum gelidi Aquilones in glaciem conuiccent aquas, tot mera bellica inferorum ceteræ explodunt: *Sed deinceps exiit vincens, ut vincerei.* Vix ex viue is matris videntibus auram hauiuit, nondum infantile corpus, telum conterit, vibcauis scutum: exiit ut *Gigas.* Potis est immanitum

beatum

8

bestiarum mitigare rabiēm, irati demoliri. Nascentem Deū pariter effert antri Tātārci debellatorē stracum; Verbum Dei modō non loquax, sed in stabulo mutum, Ilias, cap. 6. *Voca nomen eius accelerā, festina prædari, quia antequam scias puer vocare Patrem & Marem, auferetur fortitudo Damasci.*

Verbum Dei modō non loquax, sed in stabulo mutum; Infans, idest, non fans Auerum deprædaturus Deus, superbientem compescitus Ercobum, denigrantem stuprem illus-
furis exoritur? Concinnum componat carmen enodet acu-
tum.

Humani quādi generis Coripheus, Adamus;

Heu retiti ppmi crimine lapsus erat.

Occulit crboreo padibundim cauile corpus;

Ac si oculus stultus posset abesse Det.

Ille Deum veritus fuit, arque minantia Paeris

Verba, o acunla re e vocantis Adām.

Sel n̄f orie m̄nas iam nunc veratur Adāmus,

Nulla Deus cunis verba minantur habet.

Prodit ad pugnam Deus mortalitatis humanae formata
subiens agresti in stabulo animalium caula. Virū
mēs ab humilitate suo celsitate ad conatum genitum
in Deum Infantem ē præcipio pugnacem illa
figuntur circumspicentia lumina. Huras vel incipi-
tem spirant: iam paruo reponat Bellona sub antro
nature virtus, & bellicis assuetat: auspicijs. Dele
veneno medicata, empide minaci romphēa. Ductior
velut astro natali ad bellicas in urfiones interteborunt
coelestis militis tympana.

Ecquā vero oculi species? Reduciam paci secula plau-
dunt: zudio beatiorum intentiū choros catenatum consertos
victoriā cantitantium, & ridente pacem: *in terra pax hor-
minibus.* Sed testatō res agenda, & ē diuīriori subsellio pro-
ferenda iudicia: *Cum iterum introduce primogenitum in Orbem*
terra (clangit Dco plena tuba ad Hebr. 1.) dicit & adorent

cum

*et omnes Angelos. Vtq; Graconismo : Dicitur milites ei
omnes Angeli eius. Sed unde Angelici Chori militiae nomen
merentur? An per aspera quia non possum rogare Patrem meum, & ex-
hibebis mihi modò (de Hagiographum Colybisten , cap. 26.)
plusquam duodecim legiones Angelorum. In tranquillo nocturnæ
quietis otio, vix editus in lucem pusio, vix ridens parentem
Virginem nouit nouæ militiae strategus indicit bellum, con-
trahit copias, euocantur Angeli, profitentur Dominationes,
distribuuntur legionatim Archangeli, procedunt turmatim
Throni, succenturiatur Seraphini, rigent in sanguinem Che-
ribini, canitnr bellicum, itur ad arma.*

O strenuitatis, o altitudinis pelagus! Ultra viriles, ac Gi-
gantæos, nedum citra infantiles margines se se effrenens, non
spumoso tumore, sed è Diuino latice fluens ac refluens in so-
li, cœlique stuporem. Ec quæ autem interseruntur manus?
Num quod frigida vis hyemis, diuinique ardor amoris bel-
la mouent Domino sanguinolenta suo? Sævit Orcus, deba-
chatur Erynnis, furiit Megera, explicant supra fidem malæ di-
ctiæ vela Aueriales Proceres.

terribilis, sumidas flammæscit in iras.

gemuerunt Tartara monstri,

cœlent frendentes immo tumultus.

tant quæcumque larent sera monstra Barathro,

aciemque ruunt; Furieque per umbras

sonent, bellumque cident, crinita feroci

que alloquitur socijs devincta colubro.

Ecclæ satæ generosa cohors, charæque sorores,

Castræ silent, immo resonant Taratantara Martem.

Pecatore concupio nullam pati are repulsam;

Vota precor, sacram iuro Stygiamque paludem.

Hec illa: & multis comitata sororibus ardet,

In bellum, campumque ruunt, & classica Marte

Turba se parifere noctis limphata Deorum

Commonet electio diris imbuita venenis,

Gorgoneos pectus tremulis de crinibus anguis;

Mugitur rancor, furians flammata caminos

Naribus Aethneos furibunda incendia bello

Intentans trepidare suo, per colla colubros

Concupiens rabidos, toruos prestatim occellos.

Typhone vibrans in sesto lumine pinum

Exit, ardente, ultrò ex ardore in iras.

Quam sequitur festina soror dispersa Megara.

Crires scintillant orbes, diffusa veneno

Lumina torusque ostentans in prælia vultus;

Atque per anfractus cæca cupidine ducta

Impurum carpebat iter, ducitque sorores.

Tympana pulsantur, clangunt lituique tubaeque,

Tinnulaque era sonant, resonant Tarantara bombis,

Castra locans, manuana boant, reboantque vicisim.

Et incenda sunt horum vaframeta: bellum auspicatur Deus

Regio disimulato paludamento, diuino splendore deposito.

Achabus Israëlitici populi famosum propudium, Hebreæ

gentis celebre dehonestamentum: exutus trabea, plebeio

consilio manipularis cultu simulatus inter greges

tesque milites bellum adorsus, Syrorum pre

Sed puerum Iesum pari cultu, dispari confi

bellatorem, sequentibus se se obiecat inimicis

indutus laeviori armatura, è vili nostro carnei

vagitus, lacrymulis in exertas demonum pro

gelque acies.

Non erat pectus

Scuta tegunt, ensis vè semur super extat eburnum.

Æmulus proavitæ laudis carnis lapillo, sed diuinitatis fun-

da proiecto prosteravit humi molam minitabundam celo.

Rara ducis virtus, que vel trepidarit inermem

In terris succensa odio, manus offera ditis,

Quemque supercilios nullò, nullaque reverendum

Majestate tremant acies, O bellicos ardor.

O nos

O nos beatos tanto bellatore! Beatores tanto triumphato-
re! Proh Deum immortalem! Quid Deum humana coegerit
veste indui? Sua benignitas. Quid frigora perpeti? Sua be-
nignitas. Quid inter fatidum brutorum halitum, rigentes
præsepij paleas stabulare, viliumque pannorum involui te-
gumentis? Eadem sua benignitas. O rem mirabilem, atque
laudabilem! O immensam Dei largitatem! Quid hoc nobilis?
Quid benignius? Quid admirabilius esse potest? Iustus
det poenas? Ignitus frigescat sol? Deus indigeat? Siccine o
Deus nostros labores misereris? Miscreor. Siccine tua te vi-
cit pietas? Vicit.

Non ei catafractorum strepitus, aut loricata phalanx ad
sedandū orbem opus erant, tumultuaria hęc vatis mīda pro-
fecta manu, inceptaque Principi: *Pacatum qui reget patrūs viri
tutibus arbem.* Eius arma nuditas, frigus, lacrymæ. His quid
non vincet? Quem quamuis saxeum non emolliet tot lacry-
marum decidua stillatio, imo profluum? *Quem, Riphæa*
~~licet frigidorem niue,~~ non egelidabunt infantilia membra
~~allore repentia.~~ Dnmque rigentis Aquilonis violencia, vio-
latur colore, dum compressis labellis querulus
vagitus, eiulatur: dūca inter crebos singul-
lūbit lacrymulas, tamquam ex sulphureo
foisis glandibus Auernali militię sucenturia-
bat, fugat, intermit: ipso Erebi rectore fa-
*Hebreus Diuīs Deus ipse gubernans, cedere sede
redire sub Orcum.* Hic Rex, hic Princeps nos-
ter, qui non ita pannis involuebat maiestatem, quin falcis
numen spirarent, proderent.

Ergo in tranquillo nocturnae quietis otio Augustissimus
noster strategus capessendam adoritur pugnam, acre indi-
cit bellum, auspicatur victoram: *Dum medium silentium tene-
rent omnia.* Haud intempestivum præbeo epigramma.

Sydereis nondum diuiffaret et quadrigis

Nox iter ad radas immoritura die.

Nec matutinum spiraverat aura ruborens

Solis luciu omis anticipata feris.

Omnia nocturnis aderant obducta tenebris,

Murmura nulla Polo, murmura nulla sole.

Cum venit exalta fessa caligine sede,

Qui sua dar Superis, qui sua iura viris.

Quippe Erebi Princeps, totum qui oppreßerat orbem,

Iusserat in tenebris regna sedere suis.

Ergo nocte venie noster bellator, ut hostem

In Regno, & proprijs vinceret in tenebris.

Amoris æstum, & incendiū, quo AEterni Solis Vnigena Soboles flagrat, incalet, ardct, Deuteronomij verba conclu-dit: *Dens tuus ignis consumens est.* Oportunè latis inauguratum Regem, incaleantem solem, exorientem Iesum, accensum Phænicem, inter humiles plumescētē paleas, oportunam salutem afferentem orbi: *Et sanitas in pennis eius:* inter Aſyriæ rupiſ coronata fastigia, inter proceras palmas, & odoratas cedros: *Ubi rubet ventura dies, longèque coruscis Nox afflata rotis* refugia pallescoit amictu: peregrinus ales exposuit. Cui cum pen-narum vigor à juvente incepit ardore laceſcer cassia, ac cinnamomo nidos, & incubantem brescente plausu alaruū incendio, pyra in- uis solis ardor abſumit. Ex Phænicis natalibus rauratoris nostri natalia augurari fert animus ſctus Sacra menta depromere, nouiora dare Bethleemia inter agrestes paleas Phænicis ſc̄tus amoris æſtu incenſa præſepia, ſtruētæ cinnamomo pyra, na- grantes cassiæ, & aromatiū cumulo. Sacri textus primę no-bilitatis ſcholiastem, non tam vocum, quām rerum parono-mias dabo: *Auis (inquit) illa Phenix, que vnicā est, Christum Dominum refert, tūm quia vnicus tam Patri, quām Matri ſuæ, tūm quia ſicue Phenix ex iude, ita & ſuus inter homines nasci voluit.* Generis nostri inſtitutionem, & fortunatam ſalutem, quam nostri Phænicis oīas aduexit, tacitis proculdubio in-dicijs

dicijs insuebat stella illa , qua tribus Arabum , & Orientis Regibus præluxit ad pueri Bethlae præsepio, aucto Goro-pio , stelle illius ad veritatis lance formato interpræte, assūture salutis , sub nostro pacis Principe formato scholiaste. Sicut enim obducto coelo nubibus, rixantibus ventis, magniente tonitu, rubente fulmine, ruente aquarum agmine, si inter has elementorum discordias, Iris concordie signum, arcus sine sagitta, discoloje curramine nubila coronauerit, evanescunt nubes, mitescunt nimbi, detumescunt flumina, & horrentes torrentium fragores conticescunt. Non aliter in orbe sub hoc pacis Principe, ciuium bella, desidia, arma, seruumque prohibentur. Excipit longa, nec intermisca quies genus mortalium, silent Bellonæ litui, quieticit Martius furor, & strepitus, & quem terrarum ambitum belli ardor, horrorque cruentauerat, fortunata salus abtergit.

Communis viuentium altrix terra ad hæc amoris bulsa, & in rupe Bethleemia ominata Emanuels nostri natalia depromenda, media Romana vrbe suauissimi olei salientis hercim latices fæcunda fudit, & in fonte Paladij liquoris suum hoc tertium usque diem perennavit, ut regnaret, quo cum pax ipsa nascebatur, & in fatidicum promissa : *Orietur in diebus dantis pacis.*

er Oceanum, & aquis præ latitia ebullienti regali pompa quid nam appareat intiosco plaudunt aquæ. Quid? An quia tot cœta tremunt in undum fulgore, repercuassis vadis: *Tremulis vibratur in undis ardor, & errantes ludunt per cerula flammæ.* Talibus quidem poterant crepudijs hilarescere, sed plura latitiae signa produt, quippe videndi Regis aqua cupida in antro Bethlemitico, diuino nobilitato proposito, rupis repagulis exessis largas delabentis liquores, scatuligines, & fluxis, refluxisque undarum vorticibus, quanuæ præcenterix plaudebat Dominus. *Cui flumina plaudent manus simul quatenus.*

Perpicuus ille Páradisi decor, non prius fons, quāna for-
max effuebat vbertim: Fons ascendebat ē terra: Gen. i. quanta
gemmarum vena pelluentes latice globuli; velut vertebris
fluidam sine voce, blandulam murmure, cristallum adornat.
Heu Narcisi periculum? Fons erat illius níndis argenteus vndis,
quem neque pastores, neque pasto in monte capella contigerant, aliud
re pecus, quem nulla volucris, nec sera turbarat, nec lapsus ab arbore
ramu. Pulcherrimus ad imaginem latex, sed qui nascetis ar-
cu orbiculatum solē, Iesum vndique sic refferret in orbe, vbi
amore imaginis suæ coactus in Irantem vagijt: Fons irrigans
vñiversam superficiem terra, vt craterato vortice ardentem siti
sedaret, sicutem arderet solem: Fons ascendebat, qui diuiditur
in quatuor capita. Perennat his angulis effusa fluentia ver-
go. Kubet hic Damianus: Fons est ipse Christus (inquit) qui di-
uiditur in quatuor capita, occuleus in cœlis, fons patens, & apertus in
terris; jillic dividitur in quaternarium admirabilem, hic in dulcem.

Nec incepit Sedulius:

Quatuor inde plaga quadrata colligit orbis,
Splendidus authoris de vertice fulges Eous,
Occiduo sacra labuntur sydera planta,
Arcton dextra tenet, medium laus.
Hinc latices ebulliunt (recales fons) in
ueriam superficiē terræ. Inde torus effusus
liens, solari circulo tons; & fornax solis ex-
pasardens, speculo obiectis repercuse fa-
nescunt. Vel idcirco vberitatem lacrymas fui-
flagrat, astum temperet. Oportune Sanazari
Vel lacrymis flammæ temperet acer amor.

Apagé sis yultu mærens, tristans facie? Absistite procul
lacryme, dedecet quippe gementium oculorum profluvia
hilaritatem tantam telluris & coeli. Quādo Verbo suo vni-
uersi molem, ac operas, Deus Optimus Maximus
architectabatur, quād volvitur, volutum potentia extéde-
bat firmamentum, eique rutilantia, consignabat sydera (in-
signia)

signis quondam Diuinis prisconia). Iobum vocabat: Vbi eras, cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filii Dei. Melodicas, inquam, voces, quibus astra in rerum cōditione matutina, Angeli nempē astra in amore Dei, eisī que cognitione ex vero fulgurantia, omnisque militiae ecclētis exercitūs, arrident nascenti Deo: Aligerūm. Vnūcī chōri decantant Altissimā gloriā, hominib⁹ pacem.

Sed quorūm cœlestes Spiritus, vos Iesu pacro plorante plauditis? Vos pugruli vndulis lactymulīs laudes musicas annexatis? Si eunt per tenellas genulas gutte gemme ex frigente aura, fætente antro, rigēte solo, quorūm, quorūm sonoris canitis concentibus? Num iū accinītis clavis lacrymu-
Haud aliter atque gentes inculte olim celebria ducebāt
natalitia, recens nato puerō, & ploranti musica, & ludi, &
que fistulata, & animata sonabant sīa pulsu. Puera fuit ergo
cum Deus, totū norunt Angelici Spiritus, misericordia quia gau-
det accentibus, dicunt carmina, vocibusque suās illi edunt
cantus: Venerunt ergo nuntiū, & nuntiauerunt, qui. & letari sunt.

Prudens quondam Ulises ad Sirenum falatia sibila aures.

Aliter nos affectis a memus autib⁹, & aperto
Anglorum cantus. Ecce ad

Aduolant accensi Dei amore Se-
cundim, Odrisiosque montes; b: ecclēmque
leamicum transferunt tugurium, stabulū.
Amoris portētum in prælepio visendum,
Iactant nouo hunc in terris Apollinē
Puer, sed a moris telis, & gemutib⁹ gratos pā-
git sonos, in prælepio iacens nouo pacis, & amoris arcu, quo
& pacem preferit, & sagittas Diuina viuidas igni iaculatur:
Arenus refulgens inter nebula gloria. Accurrit Cherobini ad no-
uam ē Bethleemi fonte hancientem sapientiam, vnde copio-
fius profluant liquores, & orationes orādūt quam Deus sa-
pientiam prodit iacens in amictu malum caula. Procū-
bentes adducit sapientes ipsius Deus Infans.

Tumultum procedunt Throni emblemata Dic ditionis qb.
dilectum symbolum. Extollunt Beatae marcas canas , de inculta
exesse rupis laquearia. cum ille Dei in terris hectoris sum. Sec-
centuriatur Virtutes, & stupenda diuitia natura portenta, to-
tu miracula momento falsific , quod genetiliae. Reges stellae
obscundent per quam praeceit tem didicere Regiam stabu-
lum, coccum & Tyrius viles pannos. Festinant Dominatio-
nes, & recentis pueri ditionem longè latèque patente euil-
gant; amplius nascientis Infantis Imperium cum Davideta-
sunt: Et dominabitur domini regne ad mare. A propiori Potesta-
tes, & ob poltratas Stigias phalanges dicunt epinicia ; na-
scente inque Deum pariter efferunt antri Tartarei debellato-
rū stygium. Adiunt Principatus, ipsumque renuntiatum
Anglorum, hominumque Principem iactant, eternū Christi
laudans principatum. Accedunt Archangeli, praecipiunt re-
nebras hominumque expiū gatis fulgor , velut irradiato ipsi lu-
mine pastores subiacentes illutrigat. Nubila denique pulsant
Angeli dicto Patris audientem extollunt, & Deo ipsi admi-
nistrant.

Postquam ergo ecclias Angelorum festina-
des, ad nouum in sevis contumelias
trafugavit in stabulum. Currit
Deum ; accelerat gratia, apropiet & glori-
atur tripartita Hypostasis Patris, & Filii, &

DIXI.



